

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3288

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Baudry, fils du sergent du roi et Gilbert [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1162]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri [II], roi d'Angleterre, remet et confirme à Baudry, fils de Gilbert, sergent du roi, et à ses héritiers la charge ressortissant aux métiers et sergenteries (ministerie et serjanterie) dont il était chargé.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 3, p. 151.
- b. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 13, p. 4.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCXII, t. 1, p. 349-350.

## Dissertation critique

Datation proposée par DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1 p. 349. Les noms des témoins et la date de lieu (Montfort) manquent dans le registre de Philippe Auguste, duquel le texte de cet acte est pris : « Testibus his : Rosrodo Ebroicensi episcopo, Ricardo de Hommetis constabulario, Willelmo de Vernone, et Henrico de Novo Burgo. Apud Montem Fortem. » (Ibid., p. 350).

Texte établi d'après b

Henricus Rex Anglie, etc., archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et ministris et omnibus fidelibus suis tocius terre sue, salutem. Sciatis me reddidisse et presenti carta confirmasse Baldrico filio Gileberti, servienti meo, totas serjanterias suas et ministeria sua cum liberationibus que ministeriis et serjanteriis pertinent ei et heredibus suis de me et de meis heredibus tenenda hereditarie, videlicet custodiam gaiole mee Rothomagensis et porte castelli mei, et pro ista custodia habet unaquaque die duos solidos usualis monete in meo redditu vicecomitatus mei Rothomagensis, pro custodia gaiole mee decem et octo denarios, et pro custodia porte sex denarios et predictus Baldricus est regardator et pasnagator mearum forestarum, habens tantum in donis et liberationibus regardi et pasnagii quantum unus ex magistris regardatoribus et pasnagatoribus mels per totam Normanniam et custos famulorum meorum ad justiciam gladii mei pertinentium, et custos meretricum publice venalium in lupanari de Rothomago, et marescallus meus quamdui moror Rothomagi, habens unaquaque die perendinationis mee apud Rothomagum de liberatione sex panes et sex fercula coquine et unum sextarium vini, et habet anno quoque unum scutum in redditu scutorum meorum Rothomagi per manum turrensis nostri, et

in Natali duos porcos in meo lardario Rothomagi et unam fagum in qua voluerit forestarum mearum, et boscum ad herbergagium suum faciendum et piscaria sua, et ad totum usuagium suum, et hominibus suis focum suum et clausuram suam et herbergagia sua de costuma et herbergagium suum, quiete, et concedo ei aquam Marrone super calceiam de Bapalmes et sub eadem calceia ab aqua archiepiscopi Rothomagensis usque ad Secanam cum insulis eidem aque sue pertinentibus ad faciendum in ea molendinos et piscaria sua et quodcumque voluerit, et voluerit, et concedo ei et heredibus suis totum pasnagium hominum suorum et focagium et moltam eorum infra Rothomagum et extra quocumque loco sint et cacham duorum equorum ad suos molendinos Rothomagi vel quo voluerit et quod homines sui de ipso tenentes infra Rothomagum et extra valeant bolengare et omnia ministeria sua facere vendere et mercari et moltare ad suos molendinos vel quo voluerit per totam Normanniam et quod tenentes sui de quocumque ipse Baldricus feodos teneat si ei foris fecerint veniant Rothomagum ei satisfacturi et juri parituri coram ballivo meo Rothomagensi et si venire noluerint per ballivos meos in quorum balliis manserunt venire Rothomagum cogantur. Quare volo et firmiter precipio quod idem Baldricus et suus heres teneant bene in pace libere et quiete plenarie et honorifice, in boscho, in plano, in aquis et molendinis, in piscariis et passagiis, in pasturagiis, in herbagiis, in theloneis, in nundinis, et foris, in omnibus locis, cum omnibus liberationibus et quietanciis suis et consuetudinibus et omnes homines sui per predicta servicia et quod ipse Baldericus et heres ejus sint in custodia mea cum omnibus possessionibus suis.